

Pa-ter nos-ter, qui es in cae-lis: sancti-fi-cé-tur no-men tu-um; advé-ni-at regnum tu-um; fi-at vo-lúntas tu-a, sic-ut in cae-lo, et in terra. Panem nostrum co-ti-di-á-num da no-bis hó-di-e; et dimitte no-bis dé-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris; et ne nos indú-cas in tenta-ti-ó-nem: sed li-be-ra nos a ma-lo.

omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

C: Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

P: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **C: Amen.**

P: Pax Domini sit semper vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.

P: Offerte vobis pacem.
C: Pax tecum

The choir then sing the "Agnus Dei" then please kneel as the Priest says:

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beatis qui ad cenam Agni vocati sunt.

C: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

The Communion now follows while the Choir sings

The Communion Prayer

Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

One thing I seek: to dwell in the house of the Lord all the days of my life

The Choir then sings Tomas de Luis Vittoria's setting of the Centurion's above words: "Domine non sum Dignus"

[Lord, I am not worthy ...]

The Postcommunion Prayer
Haec tua, Domine, sumpta sacra communio, sicut fidelium in te unionem praesignat, sic in Ecclesia tua unitatis operetur effectum.
Lord, may this Eucharist accomplish in your Church the unity and peace it signifies

P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen

P: Dominus vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.

P: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater ✠ et Filius ✠, et Spiritus ✠ Sanctus
C: Amen.

P: Ite, missa est.
C: Deo gratias

Recessional Marian Antiphon



Sálve, Regina, * má-ter mi-se-ricórdi-æ: Ví-ta, dulcé-do, et spes nóstra, sálve. Ad te clamámus, éxsu-les, fí-li-i Hé-væ. Ad te suspi-rámus, geméntes et fléntes in hac lacrimárum válle. E-ia ergo, ad-vocáta nóstra, fillos tú-os mi-se-ricórdes ócu-los ad nos convérte. Et Jésum, benedíctum frúctum véntris tú-i, nóbis post hoc exsíl-li-um osténde. O clémens: O pí-a: O dúlcis * Vírgo Ma-rí- a.

This is Your Personal Copy of the Mass Sheet to take away with you

ST MARY'S, CADOGAN STREET, SW3

1130HRS LATIN MASS

Sunday 13th June 2010: 11th Sunday of the Year: Euch. Prayer II
Missa "Simile est Regnum Coelorum" (Vittoria); Benedicam Domino (Lassus); Domine non sum Dignus



"The Sinner anointing Christ's Feet" from today's Gospel

The Introit

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: Adjutor meus esto, ne derelinquas me neque despicias me, Deus salutaris meus. **Ps.** Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo?

Lord, hear my voice when I call to you. You are my help, do not cast me off, do not desert me, my Saviour God.

Ps. The Lord is my light and my help: whom shall I fear?

P: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti
C: Amen

P: Dominus Vobiscum
C: Et cum spiritu tuo

P: Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.
C: Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

P: Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducat vos ad vitam aeternam. **C: Amen**

Please sit while the choir sings:

P: Kyrie eleison **C: Kyrie eleison**
P: Christe eleison **C: Christe eleison**
P: Kyrie eleison **C: Kyrie eleison**

Then, please stand and join in singing:

P: GLORIA IN EXCELSIS DEO

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. **Laudamus te Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.**

Domine Deus, Rex coelestis. Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. **Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.**

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus Altissimus, Iesu Christe. **Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.**

then please stand while the Priest says

The Collect

Deus, in te sperantium fortitudo, invocationibus nostris adesto propitius, et, quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, gratiae tuae praesta semper auxilium, ut, in exsequendis mandatis tuis, et voluntate tibi et actione placeamus

Almighty God, our hope and our strength, without you we falter. Help us to follow Christ and to live according to your will

P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen

The First Reading

A READING FROM THE 2ND BOOK OF SAMUEL

Nathan said to David, The Lord the God of Israel says this, I anointed you king over Israel; I delivered you from the hands of Saul; I gave your masters house to you, his wives into your arms; I gave you the House of Israel and of Judah; and if this were not enough, I would add as much again for you. Why have you shown contempt for the Lord, doing what displeases him? You have struck down Uriah the Hittite with the sword, taken his wife for your own, and killed him with the sword of the Ammonites. So now the sword will never be far from your House, since you have shown contempt for me and taken the wife of Uriah the Hittite to be your wife.

David said to Nathan, I have sinned against the Lord. Then Nathan said to David, The Lord, for his part, forgives your sin; you are not to die.

P: Verbum Domini C: Deo Gratias

The Gradual

Protector noster aspice Deus, et respice super servos tuos.

V. Domine Deus virtutum, exaudi preces servorum tuorum.

Turn your eyes, O God, our shield, look on your servants.

V. O Lord God of Hosts, hear the prayers of your servants

The Second Reading

A READING FROM THE LETTER OF ST PAUL TO THE GALATIANS

We acknowledge that what makes a man righteous is not obedience to the Law, but faith in Jesus Christ. We had to become believers in Christ Jesus no less than you had, and now we hold that faith in Christ rather than fidelity to the Law is what justifies us, and that no one can be justified by keeping the Law. In other words, through the Law I am dead to the Law, so that now I can live for God. I have been crucified with Christ, and I live now not with my own life but with the life of Christ who lives in me. The life I now live in this body I live in faith: faith in the Son of God who loved me and who sacrificed himself for my sake. I cannot bring myself to give up God's gift; if the Law can justify us, there is no point in the death of Christ.

P: Verbum Domini C: Deo Gratias

Alleluia. Domine, in virtute tua laetabitur rex: et super salutarem tuam exsultabit vehementer. Alleluia

O Lord, your strength gives joy to the king; how your saving help makes him glad

The Gospel

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sequentia ✠ sancti ✠ Evangelii secundum Lucam ✠

C: Gloria tibi Domine

One of the Pharisees invited Jesus to a meal. When he arrived at the Pharisee's house and took his place at table, a woman came in, who had a bad name in the town. She had heard he was dining with the Pharisee and had brought with her an alabaster jar of ointment. She waited behind him at his feet, weeping, and her tears fell on his feet, and she wiped them away with her hair; then she covered his feet with kisses and anointed them with the ointment.

When the Pharisee who had invited him saw this, he said to himself, 'If this man were a prophet, he would know who this woman is that is touching him and what a bad name she has.' Then Jesus took him up and said, 'Simon, I have something to say to you.' 'Speak, Master,' was the reply. 'There was once a creditor who had two men in his debt; one owed him five hundred denarii, the other fifty. They were unable to pay, so he pardoned them both. Which of them will love him more?' 'The one who was pardoned

more, I suppose,' answered Simon. Jesus said, 'You are right.'

Then he turned to the woman. 'Simon,' he said, 'you see this woman? I came into your house, and you poured no water over my feet, but she has poured out her tears over my feet and wiped them away with her hair. You gave me no kiss, but she has been covering my feet with kisses ever since I came in. You did not anoint my head with oil, but she has anointed my feet with ointment. For this reason I tell you that her sins, her many sins, must have been forgiven her, or she would not have shown such great love. It is the man who is forgiven little who shows little love.' Then he said to her, 'Your sins are forgiven.' Those who were with him at table began to say to themselves, 'Who is this man, that he even forgives sins?' But he said to the woman, 'Your faith has saved you; go in peace.'

Now after this he made his way through towns and villages, preaching, and proclaiming the Good News of the kingdom of God. With him went the Twelve, as well as certain women who had been cured of evil spirits and ailments: Mary surnamed the Magdalene, from whom seven demons had gone out, Joanna the wife of Herod's steward Chuza, Susanna, and several others who provided for them out of their own resources.

P: Verbum Domini
C: Laus tibi Christe

The Sermon

P: CREDO IN UNUM DEUM

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum

Et ex patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.

Genitum non factum, con-substantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine:

(bow) ET HOMO FACTUS EST.

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas

Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et ✠ vitam venturi saeculi. Amen.

Bidding Prayers

the choir sings Orlandus Lassus's setting of today's Offertory Verse "Benedicam Domino" while the Priest prepares the Gifts and incenses the Altar (then)

P: Orate Fratres ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

C: Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae

The Prayer over the Gifts

Deus, qui humani generis utramque substantiam praesentium munerum et alimento vegetas et renovas sacramento, tribue, quaesumus, ut eorum et corporibus nostris subsidium non desit et mentibus.

Lord God, in this bread and wine you give us food for body and spirit. May the eucharist renew our strength and bring us health of mind and body

P: Per Christum Dominum nostrum

C: Amen

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sursum Corda

C: Habemus ad Dominum

P: Gratias agamus Domino Deo nostro

C: Dignum et iustum est

The Preface of Ordinary Time II

(the priest may choose an alternative)

Vere dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus: per Christum Dominum nostrum,

Qui, humanis miseratus erroribus, de Virgine nasci dignatus est. Qui, crucem passus, a perpetua morte nos liberavit et, a mortuis resurgens, vitam nobis donavit aeternam.

Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

the choir then sing :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Canon of the Mass II

(the priest may choose an alternative)

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Haec ergo dona, quaesumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et ✠ Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR. ☩☩☩

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. ☩☩☩

P: Mysterium Fidei.

Ry. Mortem tu- am annunti- ámus, Dó-mi-ne, et tu- am re-sur-
recti- ó-nem confi-témur, do- nec vé-ni- as.

Memores et igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitae et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare.

Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregamur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiae tuae toto orbe diffusae, ut eam in caritate perficias una cum Papo nostro Benedicto et Episcopo nostro Vincent et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quaesumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria beatis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a saeculo placuerunt, aeternae vitae mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum.

C: Amen.

P: Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:

P: Libera nos, quaesumus, Domine, ab